



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**REPERTO||RIVM LIBRORVM TRI||VM IOANNIS BOEMI DE
OM||NIVM GENTIVM RITIBVS,||**

Boehme, Johann

Augustæ Vindelicorum, 1520

VD16 VD16 B 6316

De Boemia & moribus Boemorum. Caput Vndecimum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98144)

pugnæ locus circumscribitur, exciderit. Qui ex equo dimicant lancea prius, dein gladio vtuntur. Pedites, præter verenda, cætera nudi pugnant. Suus genti sermo, etsi Boemo non multum ab similibus. Habent & priuas literas, sed Rhomanis libentius vtuntur. Ferox hominum genus, & in bello validum, equestri prælio magis quàm pedestri idoneum. Regis Imperio parent, aut Regijs ducibus. Cataphraito equite in bello vtuntur, & leui armatura, sed parcius omnino, turmatim confligunt, non tamen toto agmine. Nulla gens Christiani nominis Turcarum arma magis exercuit. Nulla ab his rursus magis exercita est, adeo paribus animis varoq; euentu est semper vtrinque bellatum. Alia Hungaria, quæ huius mater est, linguaq; & moribus pene adhuc illi similis, ritu Barbarico viuunt, idolis seruiunt.

Hungaror;
pugnandi rō.
Sermo
Literæ

Ferocitas hū
garorum

De Boemia & moribus Boemorum.

Caput Vndecimum.

Boemia Regio, Germaniæ limitibus inclusa, aquilonis flatibus obiacet, Hungaria illi orientalis est, australis Bauaria, Noricus ager occidentuus, Polonia borealis. Latitudo eius longitudini fere paritrium forte dierum iter. Sylua Hercynia tanquàm natiuo muro vndiq; cingitur. Albi fluiuis media irrigatur, atq; quodam alio Multauiâ nomine, ad cuius ripam Braga sita est amplissima vrbs & totius regni caput. Solū ordeï & tritici ferax, paulo pecore atq; piscibus abundat, olei sterilis est, quemadmodum Germania ipsa: vinū non omnino caret, ceruisiam optimam facit, quæ Viennam vsq; Austriæ vehitur. Boemi Germanis licet vndiq; circumsepti sint Germanica tamen lingua non loquuntur, Dalmatarum aduentu Teutonice illinc pulsa. Etenim in eorum annalibus reperitur, fratres duos ex Croatiae populis egressos alterum in Boemia, alterum in Polonia confedisse, mutasseq; & gentibus prioribus linguam & terras nomina Volaterrano auctore. Mos vetus & Germanica lingua a plerisque in hanc vsq; diem obseruantur. In templis enim plæbes sermone Teutonico docentur, in cœmiterijs Boemico. Solis mendicantibus olim libertas fuit, qua vellent lingua populos instruere. Nullæ genti leges sunt, nulla sanctiora instituta, quodlibet licet, quippe Christianæ fidei non solum non cultus, vt qui Vualdensium sectam amplexi tumentur, tum auorum nostrorum memoria Hussitarum veneno infecti, Orthodoxæ fidei cultum parum hodie integre custodiunt. Rhomanum pontificem in ordinem redigunt, negantq; cæteris Antistitibus augustiorem esse ac venerabiliorem, inter sacerdotes nullum discrimen ducentes. Presbyterum non dignitatem, sed vitæ meritum efficere potio em. Animas corporibus excedentes aut in æternas euestigio pœnas demergi, aut perpetua consequi gaudia, purgatorium ignem non inueniri, quo aliquando ex-

Boemiæ li
mites

Hercynia sil
ua
Albis
Multauiâ
Braga vrbs
regia
Ceruisia Fo
emica cômē
datur
Sermo.

Lingua Ger
manica in
Boemia

Vualdenses

Errores Bo
emorum.

Sacerdotes
æquant Bo
emi

De oim gentiū ritibus.

Boemi non parentant pientur. Stultū arbitrantur defunctis parentare, auariciā sacerdotalis inuentum esse. Dei optimi maximi diuorumq; simulachra e medio tollunt.

Benedictōes Aquarum palmarumq; ac cæterarum rerum benedictiones irrident. Mendicantium religiones malos dæmones inuenisse. Sacerdotes pauperes esse debere sola elehemosyna contentos. non opes, non pecuniam possidere. Liberam cuiq; verbi dei prædicationem patere. Nullū capitale peccatum quantumuis maioris mali vitandi gratia tolerandum. Qui mortalis culpæ reus sit, eum iudicant neq; debere sæculari, neq; ecclesiastica dignitate potiri, nec etiam parendum esse ei. Confirmationem & extremam vnctionem inter ecclesiæ sacramenta minime teneri. Auricularem confessionem nugacem & superuacua esse; sufficere in cubili aut alio secreto loco sua quencq; deo peccata confiteri. Baptisma stauialis vndæ nulla interiecta sacri olei mixtura recipiendum. Coemiteriorum inanem vsum, quæ stus tantummodo causa repertum, quacuncq; tegantur tellure humana corpora nihil distare. Templum dei late patentis ipsum mundum esse, coartare maiestatem eius, qui ecclesias monasteria oratoriæq; construunt. Sacerdotales vestes, altarium ornamenta, pallas, corporalia, calices, patenas, vasa huiusmodi nil habere momenti: sacerdotem quocuncq; loco, quocuncq; tempore sacrum Christi corpus conficere posse, petentibus ministrare; sufficere si verba sacramentalia tantum dicat: suffragia sanctorum in cælis cum Christo regnantium impetrari: in Canonicis horis cantandis dicendisq; frustra tempus teri. Nullo die ab opere cessandum esse existimant, q̄ quæ dominica nunc appellatur, Celebritates sanctorum reiiciendas. Ieiunijs quoq; ab ecclesia institutis nihil inesse meriti. Fama est etiam Boemorum sacerdotes infantibus ipsis & cunctis alijs indifferenter sub vtraq; specie corpus Christi ministrare, hostia q̄ qua nos vtimur aliquantum grandiori Georgius Poggebratius huius instituti author fuisse dicitur. Picardus quidam ex Gallia, gentem alio delirio infocit, is non paruam virorum mulierumq; plæbem contractam nudam incedere iussit, Adamitas vocauit author omnis licentiæ venus publica & mixta reliqua horrenda auditu crimina hoc duce cœperant, & in quibusdam locis adhuc durare, sed occulte, a multis dicitur. Nam subterraneos specus Boemorum quidam (qui ex hoc Gruebenhaimer appellantur) sacra operaturi subeunt, inter quæ cum a sacerdote pro more illud Genesis pronunciat, Crescite & multiplicamini, ac replete terram: lumina quæ ibi habentur continuo omnia extinguuntur, & tunc neq; ætatis vlla, neque sanguinis attentata reuerentiā promiscue viri & in quam per tenebras quisq; incidit mulieres cognoscunt, peracto scelere quum in locum suum se quisq; receperit, lumina rursus incenduntur, & sacrum peragitur. Est execrandus hic damnatę gentis ritus non multum diuersus a bacchanalibus illis quæ in Hetruria primo mox Rhomæ etiam noctu, multa vini & epularum crapula mulieres maribus mixtæ in abdito celebrare, nullo neq; sexus, neq; ætatis respectu habito ad promiscua puerorum ac matronarum supra, atq; aliorum flagitiorum, quæ

ex ipsiſ tanquam ex officina quadam prodibant, quorum ſacrorum capita Q. Martio Philippo & Poſthumio Albino conſulibus Rhomę capitali ſunt ſupplicio affecta, vt ſcribit Sabelliquſ Enneade quinta libro ſeptimo Hanc Boemorum impietatem nefandam hæreſim quatuor reges Ven- ceſlaus, Sigifmundus, Albertus & Vladiflaus extirpare non potuerunt, quamuis ſæpius totis viribus attentarunt.

Hæreſis Boemorum in- uicta.

De Germania, & inſtitutis eorum plurimũ.

Caput Duodecimum.

Germania Regio Europę ampliffima, tota ſeptentrionalis, a Gallis olim Rheno fluuio diuiſa fuit, a Rhetis & Pannonibus Danubio, a Sarmatis Daciſq; mutuo metu & montibus ſeparata, cætera oce- ano ambiente, hodie extra hoſ ſines Rhetiam, Vindeliciam, Noricam, & ſuperiorem Pannoniam, Alpes, partemq; Illirię & vſq; ad Tritentina clauſtra Germania obinet: Belgarum quoq; fere tota natio Gallici quon- dam iuris, omniſq; Rhenus in Germanię nomen linguamq; conceſſit, vt iam ſe Gallos dici neſciant, ſi audiant indignentur. Heluetij quoq; in Germanię nomen & linguam tempore labente tranſiere. Itaq; magnam Gallię Tranſalpinę partem ipſa Germania ſibi vendicauit. Prutenos ſero- ciſſimam gentem & idolis deditam intra tricentefimum annum ex infide- lium manibus milites Teutonici vi & armis rapuerũt, vbi & lingua Teu- tonica introducta eſt, & Chriſti cultuſ genti imperatus. vnde habita ad pri- mæuos illius terminos conſideratione, videbitur certe illa ſibi fere plus ſoli extra vſurpaſſe, q̃ intus prius continebat. In duas velut partes ab ini- tio tota Germania diuiſa fuit, vt quę Alpibus propinquior eſt, ſuperior ſit Germania appellata: altera ad ſeptentrionem atq; oceanum verſa inferior: durat hæc partitiõ ſub Alemanię appellatione (quę a Lemano, vt qui- daũ autumant, lacu eſt) in hunc vſq; diem. Prouincias tam hæc q̃ illa multas habent: ſuperior a Mogano flumine, quod Franconiam perlabi- rur, aſcendendo Bauariam habet Auriam, Styriam, Atheſim, Rhetiam, Heluetiam, Sueuiam, Alſatiam, prouinciam Rhenenſem Moguntiacum aduſq;. Inferior, Franconiam, cuius magna pars meridiem verſus etiam in ſuperiorem protenditur, habet Haſſiam, Lothoringiam, Brabantiam, Gel- riam, Selandiam, Holandiam, Phriſiam, Flandriam, Veuſtaliã, Saxoni- am, Daciam Peninſulam, Pomeraniã, Liuoniã, Pruffiam, Sle- ſiam, Morauiã, Boemiã, Myſnam, Marchiam, Thuringiam,

Germanię veteres limi- tes

Quid Ger- manię accel- ſit.

Pruffiã Ger- mania ven- dicauit

Germania duplex

Alemania

Prouincię Germanię multę Superior Ger- mania vulga- riter Hoch- reuſchland, Inferior Ger- mania vulgo niderreutiſch land,